pio. vnde Masahalach. Sile est opus planetarū in hoc mūdo magneti ⁊ ferro. ⁊.9. Judices ois huma ne nāe ꝺditio ex planetis eox̄q3 signis tanc̄3 ferrum er lapide magnete depēdet. Amplius nosce piodos certos iterpolatax̄ hos eē: nā phl'atica certa. i8. eq- dē affligit horis. ⁊.6. tepescit. tertiana quoq3 .i2. et 36. gescit. q̄rtana ℣o. 24. porisimat ⁊. 48. iterpolat Indeficienti ℣o aliq̄ extensiōi predicto affligunt tpe iterdū q3 minori: qđ getes cōsequūtur. Quorū qdē ideterminatōis triplex ē cā pura: humor q aliq̄ est maior aut minor viscosior vel icisior grossior aut subtilior: calidior aut frigidior: Ac ℣tus que fortis extat interdū ⁊ aliq̄ infirma. tertia ℣o corporis cō- structio. nā aliq̄ rara: porosa: leuiter cōmeabilis: ⁊ nō rara huic opposita in qbus qdem repertū ē medi um contpatum. Si ergo tria adinuicē cōueniāt. pria initiū postponet piodi ⁊ breuis enst cū accētibus mo lestis mi me ipsius getabitur porisimus. In reliquis ℣o tribus oppositis secus eueniet velut mediocrit in medijs ℔o febrium. ⁊. 8. terapētice. Rursus quo q3 aduertendū q℔u. gubernantur forma ꝓpria ceu aia ois cū in nāli fuerit corpus disp̄one. Interdū ve ro magis oñditur ℣tus superna vt cum fuerit discra siatū nō gubernati: nāq3 tūc perfecte ab anima motu agitant corpox̄ superiox̄ ac elemētox̄: quod idicant corpora optima: in qbus nulla vel modica ab hmōi cātur impressio. In lapsis autem non oisariam mani festa sed in egrotantibus appens oio: ceu in aia ſm Beofar: quedā nihil aut mīme cōfluunt: alia inap- parenter: ⁊ tertia manifeste vsquequaq3: nec tñ. i. re pugnās ei quod dcm̄ est: humiditates accedere in q̄ dra pria ⁊ reliq̄: hoc nāq3 euenit ſm q℔ extat possibi le: velut subiectū fuerit coaptatū tunc nāq3 agentis in ip̄m concidit actus. Propter hmōi ſm sciēdū q℔ humores p̄nt ad duo compari. Aut ad eox̄ intrin- seca: vel forinseca. Siqdem primo quadruplr euēit ſm quatuor in eis ad p̄ns reperta vt subam quanti- tatē: qualitatem ⁊ locū. Ex his nanq3 ſm Mali. 8. theor. ⁊ Isaac febriū. 5. cōsurgūt congregatōis hu- moris ad putredinē velocitas: vel tarditas facilitas putrefactōis: aut difficultas ⁊ ipsius euacuatiōis ac celeratō aut mora. Si. n. humor fuerit subē mediocris multe quantitatis calidus ⁊ humidus: ⁊ itrava sa vt necesse sit locatus nō piodice cōfluet: sed conti nue magis velut sang. oia. n. incidēt vna pria. ꝓp̄ nāq3 ipsius subam fluxibilē: multam calidaq3 ⁊ humi dā putrefactōi patā. ⁊ marie ꝓpter locum intraneuq3 adeo ꝓtinue ⁊ vnisormiter affliget: vt additio non p pendat in ipso neq3 minoratio. Qđ vl'r ois agit mā cū in cordis itimis fuerit situata: ceu causon ostēdit phl'aticus ēt. Fuligo nāq3 putrida cor directe petit ⁊ assiduc nō valēs ꝓpter pictum obstaculū trāspira re. Et ꝓpterea nō vt in piodicis febrium sudor expe ctat in talib⁹ cū id qđ iflāmatum extat ac putrefactū in vna ptium anteq3 refideat: qđ ꝓtinuū sil'r afficiat be qdē febres breues existent: ⁊ in. 7. vt multū die- bus terminate dapl'r. vnc qdē ꝓpter ei⁹ mām cocti- oni obediētē de leui: aliter ℣o ꝓpter ei⁹ subtilitatem ⁊ acumē. Cām quoq3 istius satis insuetā auer. huic supaddit vt qr id qđ a mēbris dissoluitur sensibilib⁹ nō sentit. Cū aūt mā fuerit extra vasa nō continuat motus: sz anetis p oppositū eius quod dcm̄ est euēit quo eqdem iterum supuenit iterruptio. Qñ. n. cali ditas finit mām ad putredinem motaq3 cum nō sit cō tenta in vasis cogens expirare qđ eius subtile rema net incineratū ⁊ terreū quod vehiculū nō extat cali- ditatis ⁊ febris: ceu app3 in stercox̄ qñ incendunt cu mulis. Cū aūt itidē antecedēs cā ex cibo nō certissi- me supato ad minerā cōcurrit putredinis ⁊ reliqas caliditatis iuenerit ex putrefactōe p̄cunte iflāmat vi ce alia: ceu calx cōsperſa aq̄ qđ perdurat quousq3 cā antecedēs ad minerā poterit moueri putredinis i ea caliditatis precedentis vestigia inuenies sufficientis porismi. Ba. ⁊ quarto prima. Qr ℣o phl'a post sā guinē est adauctū ⁊ qr humidū parūq3 frūm ſm. A. corporis cōpatione viscosum ⁊ locū obtinēs extrin- secū a sanguine putrescm̄ alijs reddetur aptius ꝓp̄ nāq3 quātitatē ⁊ humiditatē. Est. n. ſm Alexādruz quotidiana dines mā grossa ⁊ viscosa velociꝰ ad pu- tredinē aggregat ⁊ putrescit bis facilꝰ: pp ℣o visco sitatē eius manet pamplius putrefactio. Nō. n. pōt vt plures aliox̄ resolui: sz ꝓpter siritatem aliq̄lem et locū forinsecū desistit putrescere nō per multū ita vt tp̄s putrefactōis eiusdē sit pamplꝰ getis hora. Me lancholia quoq3 qr grossa pauca sri. ⁊ sic. ceteris tar diꝰ putrefactōi subijcit. tñ qr ē corpus humidū liqui dū seu currēs. humor. n. ⁊ qđ tale putrefactōi aptuz ⁊ ꝓprie cū calorē suscepit extraneū. Cum autē mota fuerit diutius eius ꝑdurat exacerbatio ꝓpter ipressi- onē i subiecto factā terrestriori ceu q̄ in lapide oñdit fcā vt tpe ampliori iterpolet q̄z porism⁹ existat. Co lera ℣o subtilis mediuz iter hos obtinet humores: nec ita ad putrefactōem vt phl'a ē apta neq3 vt melā cholia idisposita. minoris. n. quātitatis exñs q̄z phl'a ⁊ amplioris q̄z melācholia vt oñsuz ē pria. 32. Et qr calida ē ⁊ subtilis plus recipit passionē primo ſa Et febriū prio: celerius aggreget ad putrefactōez q̄z me lancholia. Sz qñ sicca amara putrefactioni resistit ⁊ qr subtilis celeriter dissoluit vt ei⁹ porisimus nō p man eat diu. Est nāq3 in subiectū subtile fcā ipressio quod cito suscipit citoq3 susceptum ꝑdit vt aer deno tat autūni: ita vt tpe minori affligat q̄rtana ꝓminori- q3 pauset. Propter āt hec q̄ humoris oz attēdere robur ℣tutis ac ei⁹ oppositiū cū hitu corpis raro vel denso ⁊ disp̄onem ēt particule mittentis ⁊ recipiētis febriū appens ℔o. Ex his itaq3 colligatur diuersitas porismi ⁊ getis iterpolatax̄ ex his que itranea sūt hu mox̄ oñsa. Sz circa p̄dicta euenit dubitare qr ꝺcessū ē multitudinē ad putrefactōem disponere ⁊ qđ mo- uetur amplius putrescere. Quox̄ ℘ria q̄rt⁹ continet methaurox̄: ita multuz qdē minus putrescit pauco. Similit qđ movet ⁊ fluit min⁹ putrescit q̄z ñ motum Dom q℔ ℣a sūt hec siqdē multū et motū trāspiratio nē suscipiāt qr in his ℣tus ꝺseruativa existit intensior Si ℣o euētatōe careāt sec⁹ ꝺtingit. Similit et verū sit cū multū et paucū et motū et getū eq̄lit fuerit ap- ta vel idisposita putrescere: vt san. denotāt et melan cholia. Si āt hūores referāt ad extrinseca dupliciter euēit sic et ea duo existūt. Aut. n. se hñt ꝑ modū agē tiū pricipaliū. Et ita celox̄ corpa vel istrox̄ et tūc ele mēta. qb⁹ duplicit appropriāt: aut rōe subē: vel acci dētis. Et id vel q̄litatis vel q̄ntitatis vel ēt mot⁹. si- qdē rōne q̄litatis dom q℔ cū sang. veri attribuat cui caliditas insunt et humiditas: sintque qualitates he motus et ꝺfluxus causatiue maxime expandendo se assidue a centro ad circūferētias. Calor. n. mouet hu

miditatē: ⁊ ipa tāq̄ celerius passibile dilatat secū. ⁊ ad exteriora expandit: ita vt motus ꝺ absq; ꝓiodo cō tinuet in finē. Et qz frigiditas ē in phlate humiditati ꝯiuncta: motū eius impedit expansiuū ꝓtactū: verū qz nō multa: ⁊ caloris susceptiua accedente: vt ex opi latione quā causat: lz motus ei⁹ fit ad itra: febrē iter polatā cāt. Qt qz in colera caliditas ꝯiuncta siccitati mouē ꝺz ad ex. Siccitas ℣o eꝯ motus impeditur cali di: vt iterpolatio maior q̄ꝫ in phlate iteruenīat. Sed qz in mlia frigiditas ē siccitati admixta cū vtreq; con stringant ⁊ reducant ad intrinseca ꝯfluxus tardat ip sius vt ges⁹ fit maior exacerbatione que etiaz protenditur amplius q̄ꝫ expectat qualitates ꝓpter substan tiam terrestrem in qua facta extat impressio: sicut in colera est mior q̄ꝫ exquirat propter subaz huic oppositā. Ita nāq; hmōi qualitates videnť opari in vniuerso. Si aūt intendat in motus elementoꝝ inueniū tur humores vtcūq; sibi corrūtes. nā ignis fm ptez superiorē motu orbis agitat: ⁊ nō tot⁹ vt ondit cinis ꝑmanēs sacrificioꝝ reptus in āno sequenti. 26. ple. ita ⁊ colera sibi cōtributa miori tpe mouet: qescitq; ampliori. Et qz aer in ꝯtinuo extat motu ⁊ turbatōe vt denotātat homi in ipo ꝓhebensi san. ei appropa tus silr agitabit postcq̄ moueri iceperit donec cesset oiquaq; ꝯtinue. Sed qm̄ aqua minus illo mouetur motū eni hz refluxum accessionis ⁊ recessionis i quo ges intercidit: phicoꝝ. 8. Phla qui dē illi ascriptuz diutius mouebatur ꝑ parū quietatū. at qz mlia proportionatur terre: q̄ minime mouetur fm totū: verū fm ptes magis. vnde Cōmen. phicoꝝ ꝑmo: Dubitatur de ptibus q̄ sunt apud centrū terre vtrum possint moueri an nō ꝑ alijs cū difficultate mouebit diutius q̄ tota motus tū eius longeu⁹ ꝑdurat. Rōne q dam attributionis in sba psuadetur: qz quāto humor fuerit subtilior tanto erit mobilior: ceu colera excepta impressionis nō retētiuā: ⁊ quanto grossior tāto motui ieptior: vt mlia design at sicut in elementis, euēit pter ignē: q eius sōe subtilitate non oisariā motus ꝑ sequitur orbis. Ex pte qdem quantitatis in humoribus instantiā nō recipit. Quāto nāq; augmentatiores tanto mobiliores eꝯ: in elementis ℣o ꝓpid qō dictū ē i igne. Si ℣o humores reducant simplicit in celestia: vel i lunā cū elemētari mā sibi ꝯtributa aut planetas: vt dicat tunc iest alicui: q mlia ꝓportionetur Saturno rōe frigiditatis ⁊ siccitatis motuſq; tardi. Ipse nāq; vt testant astrologi tarde mouetur fm motū longitudinis q in oriens cōnaturaliore sibi silr fm motū retrogradationis q sibi innaturalior est: vt nāq; diu subire. Sic ⁊ mlia longū hz interuallum: ac ēt porissimū. Colera ℣o datur Marti calido ⁊ fico: minus saturno tardo: in quo ēt motus longitudinis cōnaturalis illi é lōgior: retrogradatōis aūt breuior: q̄ꝫ ēt in mlia qetis respectu. Phla vero lune ascribitur mutabiliori frigide ⁊ humide: cuius motus ē precipl laboriosus modice quieti: vt declarabit cō iunctus. Ideoq; ipm diutius moueatur ꝑ parū quietatū. Sanguis quoq; Ioui ꝓncipaliter ascribit calido ⁊ humido ac ceteris planetis: cū ipe fons vite alimenti ⁊ totiꝰ cristat nāe: ⁊ qz eius mot⁹ ē continuus Sol eni nūquā retrocedit neq; alij vns iō mot⁹ extat ipi⁹ ꝯtinu⁹. Propt hmōi tertiū ⁊ ptē distinctōnis alterā precuntis imediate sciendū q hu. q̄ꝫq̄ꝫ naturas ꝯplexionali filij pronunciētur ab Mali. ⁊ Isaac ⁊ elementoꝝ corū eni qualitates his ascribunť: vt colera calida ⁊ ficca igni ꝓportiōata ⁊ cetera: sba tū ipsoꝝ coaptatur aq̄ amplius: qō ostendit corporis resolutio. Mlā humiditates subtiliātur ⁊ fiunt vapores ꝑmo theo. vapor aūt ē humiditas aquea minutatim decisa: simpliciū ꝑmo ⁊ febrium Isaac qnto: humores ꝯuertuntur ad aquā. Cū igitur phla fit aqua, ꝓprie ac luna ei ascribatur, ꝓportionabiliter ipsuz ceu aqua confluxum habebit. Et qz in hac concidit ges accessus eni ⁊ recessus vt pretactum motus ē refluxꝰ in quo ges interuenit media: sine nāq; ea duo motus recti nequeunt copulari: similiter euenit in phlate qz motus eius est plurimus ceu. is. horaꝝ: quies aūtē modica vt. 6. Qō dearticulatur. sicut eni in luna ꝓp paruitatē epicicli ⁊ motus lune in illo velocitatē: nō ꝓcipitur statio directio neq; retrogradatio sed velocitas tm̄ cū fuerit in parte iferiori epicicli ⁊ tarditas cū in superiori: sic ēt in phlate modica sentitur pausa ⁊ falsa. vnde quarto prima: Phlatica non eradicat quin ibi sint reliquie occulte. quare febriū scdo. Mō expurgatur finaliter in potissimi declinatione. Sunt autē ⁊. 6. hmōi quietis horę quia inundationes aq̄ ⁊ vlr humidorum: vt oñdetur dria. i68. tanto completur spatio: in ser eni horarum spacio quartā pagunt celi vnā. Et qz phlegma nō poterat motū lune ac aq̄ consequ oio i vna lune celi gyratione: que tpe miori perficitur. 24. horaꝝ equinoctalium deficit ab illius motu in ser horis fere. Celerius eni ipsa sole orbem percurrit proprio motu. Et ideo vel ocius ad pūctū peruenit pfixum. Et quia mlia minime ꝯpar est aque ⁊ lune: ideo motū earum imitatur q̄ꝫ parum. Cū. n. sit ad motū ⁊ ad impressionem suscipiendam indispositā: ꝓpter sbam grossā ⁊ qualitates motui obuias nō solū vnam oꝫ lune celi circulationē ꝓcedere vt agitur: sed ⁊ duas vt tandē dispositione lunc diu affecta in tertia eius moueatur circutione in q̄ concitatur oi ꝓpter virtutem ipsius in subiecto terrestriori impressam. Eius autem Isaac quietē soli ascribit q in. 24. horaꝝ spacio ad eundē reuertitur punctum. Et quia colera mediam inter hos obtinet humores: ipsa mediocriter mouebit ⁊ getabit: qm̄ post phlegma plus participat aque sba ⁊ lune vigore tū propinquior est melancholie q̄ꝫ phlati. Non solum ser horis quietat vt id neq;. 48. vt melācholia: fz 'mediū geometricū obtinet appropinquando melancholie motui amplius quia. 36. Non eni potuit vna circulatione moueri vt phla neq; duas postulabit ceu melancholia. fz sibi vna satis affuit cuz dimidia. Neq; tanto mouet tpe vt phla cum minus cōcitari sit apta tanq̄ꝫ mouētum minus participans ꝓprietate neq; vt melācholia sed medium obtinuit sicut. 12. horas. Ipsa nanq; subtilis impressionem suscepta celerius derelinquit. Nosce siquidē q neq; in talibꝰ terminos expedit oio precilos inuestigare. vnde de his febriū scdo: Diligentissima subtilitas vr̄ inportuna: cum ēt aqua non preciosius oisariam concitetur a luna. Motus eni ⁊ ꝯiunctiones per āplius tps effectuz inducunt ⁊ maxie superioꝝ orbiū ⁊ planetaruz. Causa nāq; non sp tempore coniunguntur effectui: Quedā nāq; plurimum distat ab eo vt generans a genito. Alia ℣o cō comittatur istantanee: vt illuminatio illuminans: ñ nulla quidē mediū obtinens vt causa sufficiens calefaciens aliqua. Ad cuiꝰ superationē alquādiu ꝑma-

net calor: ql̃is est luna humor ꝓcitatiua ac ēt aque. Quod aūt sulcit amplius q̃ dcm̃ ē: qr cōfluxus humorū ꝛ pausa credo q̃ fit lune ꝓiodo: vt aut. 18. vel. 9. vel. 36. aut. 12. seu. 48. vel. 24. sēp. n. ser horę q̃dre mora seruāt illese. Sic itaq; phātis motus cū eis̄ qualitatibus ꝛ colere qe cū motu ꝓportōem seruāt in nūeris triplis: i qua dispēsante diapason locat ꝓuerso tm̃ mō: qr in phāte tripluꝫ ē hora mot⁹ ad eā que getis: i colera Xo eō. Mot⁹ Xo mlie cū eius mora ꝓportōez ꝓstituit dupli ex q̃ symphonia ꝓsurgit diapason: dria 8ꝫ. Cū aūt predicti mot⁹ nō ꝓcidāt vt diffinitū cuēit qr nō directe ꝓsequūtur motū lune neq; ags ꝓporti onant effluxū manifestū hūtibus: sꝫ alteris. Aut qr san. aq̃ ꝓportionat fluxui: ꝓptera i motu exta: vt illa ꝓtinue periodū nō recipiēs gete distinctū. Accómodatusq; ēt ē aeri: q in grādi exta turbatōe: tū pp planetas plurimos ipm̃ cōcitātes: tūq; subam ꝛ q̃litatē illius passibiles vehemēter vt id vt dcm̃ sit difficile. vnde creticox tertio. Mō facile fit cām assignare: cur in acutis morbis vt ad multū fit potissimus p tertiū: in cronicis Xo quotidie aut i q̃rto. Sꝫ dubitatio emergit ipressa: qr Cōmen. prio ꝛ fo ce. ꝛ. m. dixit aris. i li. de aialibus q̃ nā lune cōicans ē cum nā terre ꝓpter luminis in se defectū. Cuius series q̃rto de ge. Terra vī cōicans q̃rte sbe: sꝫ aq̃ cōtributa est luna. Dōm q̃ vtriq; principalius: tm̃ aq̃ ꝓportionat fortasse nā ꝛ motu qō ei⁹ oñdit actus terre nō sic ignobilitate ꝛ opacitate sꝫ nō tm̃ actōe. Propter q̃rtū Xo ad primū dōm q̃ lꝫ san. nō fluat priodice nihilominus alij humores pñt iterpolate ꝓfluere. Cā nanq; particularis est: q̃ nō sic sanguis pōt cōfluere: lꝫ etiam sang. sit multus. cū tm̃ peccat nā magis irascī ꝑ ipm̃: cū grauior sit offensa quāto cōmittens primior exiterit. Neq; locus eius ē lat⁹ qō regrit ꝓfluxui: sm̃ Albumasar: lꝫ sit ꝓfūdus ꝛ lōgus. Aut fortassis hunc priodicare qs sentiet nō tm̃ ꝓpter maiorē motuꝫ ipsius pcipiet qr mot⁹ pui latēt secus maiores: de sō no vigilia. ꝛ inde sensu ꝛ sensato. Motus maior ꝑminorē ē depellit. Dicēdum ēt q̃ motus nō ē hic humoris ꝓportionatus elemētis ꝓut hūt ipm̃ a gnānte sed ab aliq̃ Xtute superiox eis vt oñsum indita neque ꝓfluxus humor euenit motu orbis aut planetax totali sed vt visuꝫ magis particulari vt lune p quadras q̃sm Alchebitiū dat dispōem suā oibus alijs planetis. i. reddit se dispositā ad oium planetax superficiēs dā Xtutē. Cui Saturn⁹ in hoc aduersat. humores ēt vt oñsum moribus ꝛ getibus appentibus particularibus ꝛ naturis similant vtcūq;. Et nosce q̃ hmōi cōfluxus ꝛ mot⁹ est nālis nā vniuersaliori vt lune lꝫ violentiā quādā iportet rōne nāe particularis vt aq̃ vel humox vt apparuit dria. 15. Ad aliud dōm q̃ fit a nā inferiori tanq̃ a nā disposita Xtutem superiorū recipere ab is aūt tanq̃ ab ipriméte cā primordiali. Neq; ē q̃ superiora nō agant qr nō cōicent in mā cū hoc verificet in his que agūt formaliter: nō aūt in illis que efficiēter. Superiora nāq; nō sunt vt hec formaliter talia sed effectiua. Nō. n. sunt ꝓposita ex elemētis: sꝫ ē gnta p se altera essentia: primo ce. ꝛ mū. Aut vna ē oium mā per indām formax. Ad aliud dōm q̃ cū gs egrotat fic humores ac eius cōplō aie instrm̃ sūt distracta vt agenti non obediant principali: sed spōte seipsis ab eius recidant principatu ꝛ ideo alteri nature subijciūtur vt superiori. Ad aliud dōm q̃ nō solum calidum ꝛ ventositas exgruntur ad motum verum ēt planeta taꝫ materie attributa q̃ꝫ agenti vt oñsum antea. Melancholia ēt ventosa inaturalis ē magis de qua sermo aris. non aūt nālis ita. Ad alid dicendū q̃ arguit difficultatem cōfluxus nō ār ipossibilitatem lꝫ. n. melancholia terre ꝓportionetur non ē terrea oio sed hꝫ humidū tm̃ vt sub nā colloceť humoris. ē nanq; corpus humidū currens. Silr si nō moueť sm̃ totum terra aut ptes ꝓpinquas centro: alie tm̃ distantes successiue motu mouētur octaue spere vt dcm̃ est dria. 16. Neq; colera rōe saltē sube aq̃: vt declaratum exta oppositā.

Differentia. 89.

Quod sanguis putrescens generet febrē sanguineā ꝛ non colericā seu aliam oñdit. Hippocrate ꝑ Ba. introducto q̃rto ꝑma. Rursus. Joānitius. Simplices quatuor sunt atq; singulares putredinis modi: quox primus ex putredie fit sang. cōburrens vtranq; ptem interiorem ꝛ exteriorem vt est synochus scōs ꝛc. Et n. aurelius. Spēs febrium ex corrupto humore sunt quatuor: synocha ardens fimeria tritea ꝛ tetratea. humores aūt sūt quatuor: solum. Itidē tertio creticox. Si ebris est cōclusa quam greci noiant synochum ꝛ est illa que morat ab initio sui eē vsq; ad horam crisis sm̃ filitudinem dispōnis vnius in qua non ē apparens additio neq; diminutio vex in oibus diebus eqnalr. Sed si sang. cōuertertur in coleram esset additio ꝛ diminutio manifesta qr colera mouetur per tertiū etiam si faciat febrez continuam ꝓter fortē causon qualis non est febris hmōi. Adhuc san. putrescens febrem generat vel sā guineam ꝛ ita quod intentū: aut aliā nō qdē phlegmaticā cū san. nō ꝓuertat in phlegma. Nō. n. coctū ē aut assatū icrudari nō pōt: theo. primo ꝛ colli tertio. Neq; q̃rtanā eo q̃ ipsa incineratōe humox post putredinē relicta causat sibi humiditate ēt aduentē extranea. Quesitū āt actum putredinis importat similiter neq; colericam vt tertianā: eteni hmōi colera cābit aut per suprfluā in epate san. decoctōem quidem fic febrē non inducit. Aut per putrefactōez generat ex san. Sꝫ cū huiusmōi gnatōem pcedit putredo ꝛ ipsa fit cā febris cōiuncta ꝛ imediata aut erit febris sanguinis anteq̃ fit ei⁹ cōuersio in colerā ꝛ q̃ꝫ febris colerica. ꝛ iō. A. Putredo nō hꝫ tps ꝛ conuersio sanguinis in colerā non fit nisi tpe. Palin: colera cū facilis fit motus ꝛ trāsitus in aliud sui caliditate trāsmutatōem iducens ꝛ illā siccitate sustētās vt q̃ eius putredo febrē nō generet colericā sꝫ melancholicā magis. Cuꝫ igit si quod min⁹ vī adesse adest ꝛ quod āpliꝰ. Sed colera fic agilis ꝛ pmutabilis febrem facit tertianā ꝛ non melancholicā. ꝛ sang. continuā putrescens generabit sanguinā ꝛ nō colericā Amplius illa videtur se. sanguinis cui cura adhibeť egritudinis sanguinee libro Blauconi inscripto distinguenti quidem synoche spēs tres conditionibus existentibus in omnibus ad sanguinis euacuationez marie ex virtute ꝛ etate sumptis euacuandum multitudinem fore percipitur sanguinis grandem: imo 9. terapentice inducuntur duo iuuenes liber. s. ꝛ seruus. quox vn⁹ patiebať synochā inflatiuā fine putredine: alter Xo synochum cuꝫ putredine gbus vsq; ad lipotomiā sanguineꝫ percipitur euacuari. Cū igitur ipsius eductio tanta ꝓpria sit egritudis sanguice

nō enim in colerica aut melancholia aut phlatica vt
fic expedit san. eductio nedū tanta. ℙ Putrescēs itaq;
san. febrē faciet sanguineā ꝛ non aliā. ℙ mōi quoq;
oppositū crisiū ꝛ febriū scdis: caplis scdis. Apparet
eni superficietenus q; sanguis cū putrescit: ei⁹ subtile
uertat in colerā: ex quo qdē febris gnātur colerica
ꝛ nō sanguinea: grossū vo in melancholiā. Cū eniz
aliqd putrefit: due ptes in ipo ꝯsurgunt: grossū vz ꝛ
subtile. transcēdit eni marie san. cū putrefit: ꝫ qdez
colera rubea fit: is aūt nigra: febriū l. dō. ꝯfirmat qz
crisuz predicto: Ad discere oz i sermonibus q febrium
q; tria vniuersa sunt gnā cax q in putrefactis accen/
dunt febriū. Mā quedē qdā in rubea colera. ꝛ pluri
me sunt be. quedā vo in nigra: ꝛ alie in phlate cōsi-
stunt. Rursus humores sunt filij elementox. Cum
igitur san. fil'etur ꝛ pportionetur aeri acr aūt iter ce/
tera elementa est alterabilis ꝛ pmutabilis dria. i4.
ꝛ. i6. Sanguis qdem pre alijs humoribus pmutabi
lis exīs putrescens in suis non pmanebit terminis:
sed i alios poti⁹ cōuertet hu. Et cōfirmat: qm̄ san/
guis iter humores sicut tradūt solus est dulcis. Dō
aūt est hmōi qū supcalefit ꝛ inflāmat velocite⁹ pmu
tatur in colerā. Et ideo ꝓhibent ne i febribus ꝛ ma
rie colericis administrent dulcia. Amplius si sang.
putrescens pmaneret san. ꝛ nō conuerteret ad cole
rā: iā egritudo ei⁹ curari nō posset: cū careamus me
dicina san. eductiua. Refert eni Ba. pharmaciaruz
libello sc̄pfidē iduriſſe oculis ligatis: ne alijs pande
ret illū suspēdi: q medicinā nouerat sanguis educti/
uā pp quod san. putrescens egritudinē aliā seu febrē
gnābit ꝛ nō sanguineā. ℙ Propt qd̄ pmuz qdē sciē
dum q; qd fit san. cum alijs hu. ostensuz est dria. zz.
ꝛ. zo. qd vero putredo ꝛ febris dria. i59. ꝛ. 87. ℙ e/
bris aūt san. siue fit ex inflāmatione vt synocha: seu
ex putredie vt synochus ipsius. z. sunt modi nono d
ige. febriuz scdo: ꝛ colliz. 7. Vnus qdem eqliter ex/
tensus grece dict⁹ hōtenus sicut eni incipit. ita vsqz
ad statū pmanet cū equaliter reloluat ei qd̄ supebu/
lit ꝛ putrescit ceteri⁹ maio⁹ ꝛ piculosio⁹: ad Blauco
nē pmo. Et ali⁹ augmatic⁹ siue augmentatiu⁹ dictus
a pncipio vsqz ad statū crescens ꝯtinue. Minus. n.
euaporat in sumuz q̄z inflāmet ꝛ cōputreat. Et ter-
tius paugmaticus seu deaugmentatiuus oppositus
i cā medio. Cuius tñ hi synocho adaptantur de pu/
tredine san. facto q̄uis ſm Ba. synoche cōueniant
ꝯiter ac ceteris putredinis ēt ſm Joānitiuz. Sicqz
pcipi. ℙ Propt ſm vero sciendū pri⁹ qd dixerunt
de hoc moderni: ꝛ antigoꝛes deinceps. Cuius qdez
pmi gra nosce q; nōnulli vtrinqz arguentes in q̄sito
hesitauere rñsionē assignare ob crimen qd̄. a. iponit
Ba. nescientes viā Vitatis fortassis. Aut nō audē
tes eligere ptez circa id qd̄ hactenus difficile reputa
tū: sed se poti⁹ excusantes: nō eē litteratox virox li/
tes dirimere: sz sopire ꝛ cū honoꝛe sepelire. Alij vo
ptulerunt semet nō eē iudices iter Ba. ꝛ. a. neqz p
tem velle sed sufficere qd̄ ad vtrāqz inductū est ptē.

ℙ Propter vo hmōi ſm sciendū q; fere oium me-
dicox sapiunt sermones idistincte q; san. putrescens
febrē generet sanguineā vt Serap. Ras. Hali. ale
xandri Ysaac ꝛ marie. a. qd̄ ꝛ gal. sensit nono de ige.
ingens q; in iuene seruo patiente nocte synochum
de putredine san. in tertia nocte neqz in alijs fuit fa/
ctus porismus p tertiā minoꝛ tñ q̄z prius aliquo sa
cta febre fuit tū paugmastica siue declinatiua. Non
igit̄ san. ꝙuersus fuit in colerā: febrē colericā ꝛ non
sanguineā causans. a. vo ꝯtra ga. b gratis ꝓtruit.
nō eni sufficit ei hunc irrōabiliter reprehendere vex
ꝛ sermonē eius mendaciū ꝯtinere ait purū. Et simi
le in ipm adducit nono aialium eum ingens olfeciſſe
medietatē vniuscuiusqz rei ꝛ sciuiſſe multū de ramis
sed radices ignoraſſe scie: Cuius qdē series q̄rto p/
ma opinatus est ga. nō fieri febrē sanguis ab eius pu
tredine eo q; san. cū putrescit fit colera ꝛ nō pmanet
san. ℙ it ergo tunc febris colerica ꝛ nō sanguinea: fit
qz causon ꝛ tertiana ꝛ curat ipsam curatōe causonis
ꝛ tertiane. Deinde hunc. a. sermonē ipugnans dicit
ꝛium fore hippo. ꝛ Vitati nō ꝙuenire. Assumit. n.
hanc oronē. Sanguis qñ putrefit fit colera. Et di/
cit q; ex ea pōt duplex capi itellectus. Quox vnus ē
q; post putredinē iam scām san. ꝙuertatur in colerā.
Alter vo vt i ipso fieri putredinis hoc ꝯtingat ficut
nomē sapit hic magis alterationis ꝛ putredinis. hu
iusmōi aūt duplicē itellectuz oronis ꝓfate multiplici
ter ipugnat pmuz qdem tripliciter. Qm̄ san. qñ pu-
trefit nō fit ꝙuersio solum i colerā vex eius grossum
ꝙuertitur in melancholiā. nō igitur fiet febris coleri
ca tm̄ sed ēt melancholica. Adhuc ꝯsideratio quā in
tendimus est i fieri putredinis: nō aūt in facto esse ip
sius: qd̄ post fieri putrefactionis contingit. putredo
eni in fieri est cā febris nō aūt in facto eē. Et: no est
necesse q; si colera fiat post putrefactionē sang. q; fit
putrefacta ꝛ febrē faciat qm̄ ex putrido gnatur qd̄ ñ
est putridū: vt appet i gnātione vermiū ex stercoꝛib⁹
sic igit̄ falsus est itellect⁹ denotans sanguinē cū pu-
trefit. i. post fieri putredinē cōuerti in colerā. Dico
quoq; ipse q; Ba. hunc nō habuit itellectū: cū febris
sit egritudo siens putrida ꝛ nō facta. Vlcqz ēt vt di-
cat ad pmū grossuz terrestre sic est natū gignē febrez
melācholicā vt subtile igneū colericā: qm̄ pax est qd
humox fieri terrestre. Ad lignox ondit icēsio vbi p
plm euaporat modicū āt lubsidet febriū scdo. Est ei
terrestre modicū relatōe eius qd̄ effumat ꝛ i coleraz
ꝙuertit. plus nāqz valde distat colera a melia q̄z hec
a sanguine. Intellectū vo ſm vt q; i ipo fieri putre-
dinis san. ꝙuertat i colerā triplicit̄ fil'r depravat. A.
hip. qdē pmo dicēte febrē sā. ex ei⁹ putredie fieri: ꝛ
hāc Vitatē sanā eristē. Rursus putredo est via i cor/
ruptionē. putredo āt nō hz tps. Et ꝙuersio san. i co-
lerā fit i tpe. Vult igit̄ hre q; cū putredo pcedat con
uersionē sanguis i colerā ꝛ ipsa fit imediata cā febris
ꝛ pfecta q; ante ꝙuersionē san. in colerā febris erit sā
guinea. Adhuc fil'e ē de san. ꝛ alijs hu. sz alij humo/
res cū putrefiunt pmanēt bi idez ꝛ febres sibi gnānt
ꝓportionales: vt puta phla putrefactū phla dr ꝛ fe
brē phlaticā iducit: ꝛ sic colera ꝛ melia. Neqz ꝙuer
tunt admiscē nisi post putredis cōplementuz pp qd̄
ꝛ san. putrefact⁹ ꝛ erit san. ꝛ febrē faciet sanguineā.
Subtilē quoq; Ba. ꝛ auer. b eius fautoris qs con
siderās itellectū ꝛ magis Vitati attēdēs q̄ iducta sūt
p. a. i destructionē itellect⁹ scdi ꝓpositionis ꝓmisse
potit breuit̄ remouē. Et pmo qdē ad auctoritate hip
po. qd dōm appebit ꝯiter. Ad aliud q; dicit putre/
dinē nō hre tps: ꝙuersionē vo san. in colerā habere
dicet aduersari⁹ id non ꝯtinere Vitatez: ſm pspica/
cē ar. itellectū: eo q; putredo seu putrefactio est alte
ratio quedā sicut ꝛ nomen idicat actionis. Alteratio

ꝛ auctores vndecim vel plu
rimi Aduersus hoc sapiunt
Aduersatur.

enī ꝛ actio oīs manēte ſubo ſit in tpe: phycox. 5. ꝛ ō ge. prio. Mleqꝫ ēt ɔuerſionē ſang. in colerā dicet an tigoniſta hre tps: ſꝫ in iſtāti fieri: eo ꝙ iſtud ē gnari: gnātio āt fit in iſtanti ibidē: cū ſit forme ſubalis datō iptibilis. n. ſubalis forma: ꝛ oē quod mouet ꝛ alteratur ſit diuiſibile. Jn hoc nāqꝫ fit alteratio a gnatione: qm̄ alterato ſit in tpe manēte ſubo: gnātio aūt in inſtanti ℔ toto in hoc totū trāſmutatio: de ge. ꝛ cor. ꝑmo. Nec quoqꝫ gſ adminiculator. A. phibere nō pōt vere niſi dicat. A. iproprie ſuſcipe alteratōem vt puum tps eius p̄cedens gnātōnem vocet non eē vel hre tps: ꝛ ēt iproprie gnātōem non ꝑ datione forme in momēto accipit vex gnātōem appellet tā datōez forme q̄ alteratōem ēt tpalem ꝑeuntem introductionē forme in mām. Adhuc in eum ſic erpoſito itur et ſulcito: qm̄ ſi puum tps vocet non habere tps cū ei⁹ iproprietate: in illo ēt eriguo tpis poterit eſſe aliq̄ō tps: in quo ꝛ febril erit ſanguinea ꝛ poſtea cum ſit citi motus tranſmutabit̄ in colericam. Quod ex ipſius appꝫ terminatōe multotiēs in q̄rta tertio criſium: et q̄rto prima: vt manifeſtabitur ex dicendis. Ad tertium preinductū. A. dōm: qō nō eſt ſile de ſang. ꝛ aliis bu. Mā ſang. cū ſit tpatus filius ꝛ amicus nāe i diuiſibilr magis ꝛ minori latitudine terminis anguſtioribus terminata aliis bu. ſe hꝫ ad nāz: ſimpliciori enī ē aliis ꝛ febriū ſo. Reliq nāqꝫ bu. diſtpati magis et q̄ſi ipſius inimici ampliorē latitudinē būt ad nām: et eos ſub maiori latitudine dimittit peccantes. Sanguinē. n. amplius corrigit: vt pr̄ filiū. Quod appet ꝑble. 5. Mē curata. n. corpox laborāt multotiens ꝛ pmutatur facile: eo ꝙ tpatum ꝑpter ptium hōgeneitatē redactam ad quoddā fere punctale ꝛ ɔrietatē quā hꝫ cū ērneis: plus paratum eſt ꝛ velocius ꝑmutari. Teſtor quoqꝫ. A. min⁹ ſufficiēter ɔfideraſſe ac ſupficieten⁹ ſermonē Ba. ꝛ iō magis gratis ipſum ɔdēnaſſe. Qō vt appeat: deniqꝫ ſermones adducūtur ipſius vt clari⁹ ei⁹ habeaſ itellect⁹ intentio. Jn fo nāqꝫ febriū ca. 9. nulla deterior ē hec iueſtigatio: vex velut in aliis bu. accēdunt ex putrefactōne febre ſ: ita ꝛ in ſanguine putrefacto. quā gdem qōem viſus ē determinare in alterā ptē magis: vt cū ſang. in aliq̄ pticula ɔ nām ɔtinet ꝛ nō invenis ꝛ cordevelut in apate phl'atico. Jngr. n. cū in aliq̄ pticula aialis coaceruaſ ſang. amplior ſup Xtutem opilans ꝑpter groſſiciē pua vaſa: vel obſtructus ꝑpter multitudinē: ſicut ɔtingit ſm bubones ꝛ puſtulas: ꝛ vlr dōm ſm oēs phl'ones. Jn talib⁹ nāqꝫ diſpōnib⁹ duplici de cā corrumpit̄ ſang. tū q: non trāſpirat: tū ēt q̄ nō detinet̄ a nā hoc eſt in ei⁹ loco: q: ſicut loc⁹ eſt ita ꝛ na opatur. Que. n. hec duo in ſe ɔtinēt: neceſſe ē corrumpi ꝛ marie velut in ſructib⁹ ꝛ ſeibus appꝫ ꝛ in ſanguine ex̄ locum ſuum ſituato. vñ apho. 6. Si ſanguis in ventrē id ē in cōcauitatē ꝑter nām: effundaſ: neceſſe ē putreſieri. Quod gdez hic Ba. determinat in pleureticis. Jn his. n. ſang. trāſmutaſ i colerā: ita q̄ analogiā ꝑ hoc ꝑorismox ſuſcipiūt tertiane. Jn q̄bus q̄ſtum ſang. ſubtiliſſimū exiſtit ꝛ pingue: in flauā trāſmutaſ colerā: quantū Xo groſſus in nigrā. Scdo Xo criſiū. c. io. Cū ſang. q ſm nām hꝫ cōſtipatus fuerit vt in reumatico loco putrefiet. flegmon qdem paſſio ē ſimpler: aut ab ipſo febris accenditur filis marie ephimeris: qui in bubonibus ſiunt: nā bubo ex ſanguine ſit optimo. Sꝫ manifeſtuꝫ q̄ cum incepit putrefieri nō vltra is ꝑmanet bon⁹ verū iā colericus ſit. Et ɔſtat ex hoc eē tria vniuerſa genera ſimpliciū febriū. Que nāqꝫ ex ſanguine putrefiente ſit iaꝫ q̄litercūqꝫ colerica: ꝛ reliq̄. Nō ergo ſim plr id eē aſſerit: ſꝫ cū modificatōe quadā appuit quoqꝫ ex Ba. dria. 32. ꝙ ipſe arcti⁹ ſuſcepit ſanguinē q̄ſ A. q̄re celerius pōt in colerā ꝑmutari. Auer. quoqꝫ ſnia huic ꝫ occultis aſſimulaſ ſermoni. Jn tertio nā qꝫ collꝫ. c. de febre ſanguinil. Febres ſanguis gnāntur: ꝑpter ei⁹ exitum extra nām in quantitate aut q̄litate. ſꝫ ei⁹ exitus in q̄litate dꝫ eē paucus: qm̄ q̄ exit multū: tūc dꝫ egritudo attribui nomini illi⁹ egritudinis ad quā declinat ꝛ illi cui dñatur manifeſte hoc ē: q: q̄ nimis iflāmatur dꝫ attribui colere. De ℔ quoqꝫ q̄rto eiuſdem. Febris ſanguis typū non hꝫ: eo ꝙ ſanguis ipſam faciēs eſt in venis. Excepto ſi fieret ꝑpter apa noiatum flegmon: qō in mēbrox aliquo foret gnātum principaliū: velut in epate ꝛ diaphl'ate. Tūc. n. in hac febre porisimi erūt tertiani: ſiles colere porismus: q: q̄ ſang. ſupercaleſit ad nām colere declinat: ꝛ iō in tali febre nō eſt dria iter febrē coleri cā cuius mā eſt itra venas: ꝛ iſtā niſi in magis ꝛ minus. Dico ergo ipſe ꝙ cū magis ꝛ min⁹ ſpēm nō variet ꝙ iſta febris ſang. erit tandē eadē ſpē cū colera: cū ſanguis fuerit ɔuerſus in colerā. Dicit ꝛ denuo. Et Xba Ba. varia ſūt in febre ſang. q: aliq̄ dicit ꝙ ē colerica continua ꝛ aliq̄ ꝙ eſt aliud a colerica ꝛ ꝙ nō dꝫ attribui colerice niſi q: nō hꝫ putrefactōem ꝑfectā: q̄ nā iſtius febris ē media inter febrem diei et febrē putridā. A. aūt vt apparuit ſolū altex puta primū accepit extremū. 7. figdē collꝫ. c. de curis febriū arſiuax: duc ſūt ſpēs febris ſanguinis. vna dum ſanguis nondū ē putrefactus: ꝛ alia dum ſanguis iā putrefieri icipit. Signāter. n. dicit dum icipit putrefieri: q: ꝑcedens in putredinem tranſmutaſ in colerꝫ ꝛ eius febrē. Sic igitur vult ꝙ ſanguis nō multuꝫ in putredinē mutatus febrē cauſet ſanguineā. Cuꝫ Xo vehemēter in colerā cōuertitur: febrem inducet tertianā. Propter tertiū qdem ſciendū q̄ ex his diligēs ſapuenies itellect⁹ Xitatez poterit aiaduertere Dico ergo vt reſtanſ febrē ſanguis duplicē exiſtere: vnā gdez ex ipſius iflāmatōe ɔſurgēte. q̄ febris ebullitōis ſeu ſynocha appellaſ iflatiua et peccato ei⁹ conſurgēs quātitatiuo principali ꝛ q̄litatiuo mīori fine illius putredine de qua non beſitaſ. Eſt āt ꝛ altera febris eueniēs ex ſanguie peccante in qualitate cū quātitate donec putredinē adipiſcatur. q gdem aut cōtinetur in locis ꝑpriis vt in venis ꝛ artarijs vel ꝑter nām extra locum ſuum in ventrez effuſus Sigdem prius cū et non iſit niſi vna q̄ſi cā putredinis: puta ꝑ hibita tranſpiratio. Manet enim in loco ſuo hic ſanguis. cum vero vehementer impingatur ad inflammationem ꝛ putredinem poterit aliquandiu putrefieri modice et febrem ſanguineam generare. abſqꝫ eo ꝙ in colerā tranſducatur. vnde i ſine febrium: Quecūqꝫ fine periodis nullus i his patiēs ē loc⁹ ꝑcipuus. Sed humores q ſūt ſm artarias et vēas vniuerſas et marime q ſm maximas et caliditſimas ſūt vel ꝑpter aliā quandā cām vt i ephimeris: aut ꝑpē putredinē ebuliētes accendunt febrē vnā ſynochaz a principio vſqꝫ ad finē indefinētē: vſqꝫ intrīn ꝑmanētē et cōburentē boiem: donec generantes eas humores cōſumantur aut digerant vel vtrunqꝫ patiaſ

Apparet igit ex hac serie q̄ non sensit sanguinē etiaꝫ corruptū in colerā permutari velut i p̄missis. Quod oñdit q̄ in talibus aliq̄n in p̄ma dierū cognitões apparuerunt putredinis: interdū in tertiana ꝛ nō nūq̄ in q̄rta nono terapētice. Et sic diu remāet sub se. sā. anteq̄ in colericā cōuertatur: imo p totū si signa nō appareāt putredinis: vsq; ad quartū cū pluriūuz vt tactuz terminetur in q̄rta. Sic itaq; pono q̄ in hmōi dispōe puta in febre q̄ dz terminari i. 7. q̄ p tres dies aut q̄tuor sanguis ille putrefactus nō multū sub forma adhuc lata sang. remanebit ꝛ febrem iducet sanguineā. In alijs Vo diebus supcalefactus āplius ꝛ putrescēs in colerā paulatine ꝟuertet ꝛ febre gnabit colericā. Quod si fortassis interdū motus no p̄cipiātur colere tertiani hoc euenit eo q̄ mā in locis ꝓpinqs existit cordi vt i causone apparet ēt pblegmatico. In quo additio etiā ꝛ diminutio esse nō ponit. Aut ꝓpter ipsius quantitatē sicut oñdetur in pblate etiā extra venas existente qō ꝛ fere eius ꝟtinuat afflictionē absq; gete: dria p̄ori. Itaq; cū hic plures cōcurrant causæ: vt quātitas situs intra venas ꝛ ꝓpe cor non est mix si motus sit ꝟtinuꝰ. Si aūt sang. putrescens ꝟtineat ex venas: tūc cum sibi due p̄us occurrant putredinis cāe: vz, phibita trāspiratio: ꝛ no a nā retentio vel non in eius loco sed i ventre effuso putrescēs amplius ꝛ citius cōuertetur in colerā ꝛ febre colere gnābit. Et istū quidē modū situationis sanguinis in p̄habitis visus ē. B. itendisse cū. auer. ꝛ maxime febriū sc̄do ca. 9. vnde nono de inge. Si putredo quedā vel ab initio ꝟfestim vel posteriꝰ inata fuerit: ſm vniuersas gdē venas ꝛ marie ſz magnas putredine exīte ſynoche. i. ꝟtinue gnāntur febres. In ḡbus eqdem non apparet additio neq; diminutio exacerbationis qō ꝓpe sanguini inexistit. Pblā enim oi die mouetur colera aūt de tertio in tertiū melācholia Vo de quarto i q̄rtū sanguis aūt ꝟtinue ꝛ eqsormiter ꝓp eius continētiā intra venas ꝛ grandē quantitatez ḡbus cor petit ꝟtinue: dria. 88. Subdit autē denuo In vna Vo pticula aialis locatus. s. sanguis: eas q̄ ſz periodū aliquā puta tertianā exercebant vz febres cum sanguis ꝓp causas p̄dictas hic magis ꝛ velociꝰ conuertatur in colerā. In tali nāq; dispōe situatus: in p̄mo die aut minus vel paꝫ plus putrescens ꝟuertetur in colerā ꝛ demū febre faciet tertianā. Et quia B. vt p̄inductū magis i hoc loquebat intellectu: dixit sanguinē supercalefactū ꝛ putrefieri icipientez in flauam colerā transmutari. Non tū ꝓpter hoc negat gn ēt in tali possit febris sanguinis gnāri in p̄ncipio p̄ncipiante putredinis marie. Dō aūt voluerit febrē sanguineā fieri ex sanguinis putredine inuit eiꝰ fidelissimus interp̄retū Hali. theor. 8. eo q̄ ipe cum Joannitio ēt ait febres putridas fore quatuor ex quatuor humoꝝ putredine factas. s. febrē sanguinis continuā synochum appellataz ex putredine sang. fieri. Quod oñditur sicut eni in humiditatū p̄ima locant febrē putridā ſm p̄ncipiū ꝛ terminuz a quo ſm autē ipsius terminū ad quē febrem ethicā que sunt febres genere differentes: multo magis febres genere cōincantes poterunt in eodē humore consistere sic aūt aliter p̄mutato ꝛ trāsducto. Sic igitur ꝟsiderās subtiliter ꝛ Ba. q̄ feb. vtroq; mō dispōsito ꝛ situato sanguine nō diu stat aut paꝫ valde qn in colerā p̄mutet vel q̄ simplicissima sanguinea ꝛ verissima febris nō p̄manet penitus: dixit tandē sanguinē putrescentem in colerā conuerti ꝛ febrē eius. Sic itaq; exposita est recta Ba. intentio quā auer. imitatur. Et defectus manifestatus ē. a. qui fortassis eius satyrico itellectu alterā solum respexit volens eius dente leonino lacerare veridicū Ba. ſz in pluribus locoꝝ ipm se illius fateatur interp̄tem ꝓñs quoq; cōmittitur. Propter q̄rtum Vo sciendū. Ad auctoritatē figdem hippocratis. A. ꝛ ceteroꝝ alioꝝ volentiam sanguinem putrescentē febrē gnāre sanguineā dicendū vt expositū id non fore cōtra Ba. mentē: aut amplius ꝛ eiꝰ citius permutari in aliā q̄z ille ꝛ marie cum plus loquatur de ap̄atum febribus sanguineis. Ad aliud dicenduz q̄ sicut causon diminutionē ꝛ augmentū non recipit sensibiliter eo q̄ mā situata est in locis vicinis cordi ita neq; synochus ꝓpter eius quantitatē virtutis aggrauatiuā ꝛ putrdinis fumum plurimuz cor continue petentez intrā vt diuersitas in ipo manifestetur minime. Ad aliud dicendum q̄ sanguis putrescens ꝛ febrem generat sanguineā vt apparuit ꝛ alias. Mā putrescens pōt considerari tripliciter q̄ aut erit in p̄incipiante vel ꝓpe p̄incipium putredinis ꝛ sic febrem gen erabit sanguineam aut in medio putrefactionis ꝛ tunc colericā faciet ſm tū p̄ius vt habitum ꝛ posterius vel in fine ꝛ ita febrem iducet q̄rtanam. Ad aliud dicendū q̄ ipsa colera ſz fit facilioꝝ ad motum ꝛ maxime localē q̄z sanguis sui leuitate ꝛ calore non tū ad motum alterationis puta ad putredinē. dictum enī q̄ sanguis est alterabilioꝝ alijs bu. cum putredo calido ꝛ humido cōficiatur q̄lis est sanguinā. Sanguis ēt cum p̄mutetur i colerā cursus febriſ accedit ad nām Cū Vo ea in melancholiā recedit ab eadē: Ad aliud dicendū q̄ ſz multū Vitatis adducat tū gd falsitatis icludit. Nō eni ꝓp sanguinez tū erpetit phlebotbomia vez ēt ꝓp alios interduz bu. abundantes cū sanguine vt. 8. appet de ige. terciaq; p̄ma. Verūtū nō tāta in his q̄rit cuo quanta cum solus aut p̄cipue peccet sanguis. Inducta aūt Ba. in oppositū iā apparuit quō sint itelligēda. aliā siquidē rōnē subsequentē cū eius ꝟfirmatōne ꝟcedo. Conat eni sanguinē ex ciꝰ aptitudine ad putredinē nimia tā dē in colerā posse ꝟuerti ꝛ in febrē tertianā posse trāsduci. Vel dicendū q̄ tria sunt gnā febriū subdiuisaꝝ per cōtinuā ꝛ interpolatā. vnde crisiū sc̄do Tria sut gnā febriū simpliciū quaꝝ vnaq̄q; in duas p̄us inciditur dras: aut eni cōtinue vel desinētes erūt. hmōi aūt subdiuisionē febriū sanguis cuz fit ꝟtinua ois nō recepit. Venas ēt possidēs maiores q̄re illis nō pōt tribus associari generibus. Et ideo in eo non dedit B. cognitōes febriū sanguinis. Aut melius intentio ipsiꝰ ibidē non erat vt ait multaꝫ imanifestarū febriū intentiones mōstrare verū paucaꝫ ꝛ imanifestarum exercitatōis gra. Intentões Vo febriuz sanguinis erāt difficilis cognitionis valde. vnde febriū fo: In reliqs erat vtiq; nulla deterioꝝ hac iuestigatio. Non minus ēt id ad libros febriū interioꝝ ac typoꝝ p̄rium sc̄do apparens de crisi. Ad vltimū dicenduz q̄ q̄suis ꝓpositum conetur concludere tū posset calūniari vtcunq; posito ēt q̄ non sit medicina scita apud quosdam sang. eductiua scitur tū apud alios aut scietur dria. 144. Vel dicendum benignius q̄ phlebothomia non solum debeꝫ peccato quantitatis sed ēt peccato q̄litatis puta malitie sanguinis vel vtriq;

lz non ita ꝓprie velut quantitatis peccato: quarto ꝓ
ma: Quod ēt satis innuitur ingenij nono dria. i75.

Differētia. 90.

Vod febris sanguis cum alijs componatur
febribus vī qr prima quarti. Quare nō acq
escit opinioni eox q dicāt duas febres conti
nuas: nō adinicem cōponi sicut due tertiane. Cū igi
tur febris sanguis sit febris cōtinua ipsa poterit alijs
saltē continue cōmisceri. Adhuc cōponūtur febres
que sunt diuersox generū: vt ethica ⁊ putrida que i
cōponibiles ee vident. Igitur coponūtur pamplius
que sut vnius generis cū sint ꝓpinqores vt sanguis
putrida cū alia putrida: q̄z putrida cū ethica. Ampli
us sile vī de febribus ⁊ apātibus cū fiant ex eisdem
cāis: sūt. n. forme ipsox siles. Sz apa sangui. cōpo
nit cū alijs: vt cū colerico ⁊ ceteris: ꝯo crisium ⁊. 14.
de ige. Rursus si caulat egritudinem seu febre: nō
de cuius nā minus ē hoc facere puta sanguis q ponī
tur a Ba. ⁊ Isaac familiaris ⁊ filius nāe multo ma-
gis hēbit cāre illud quod nō sic diligitur a nā: hūor
eni nō putrescit nisi a regimie destituat nāc febrium
primo ⁊ ꝯo. Itaq ipso putrefacto ⁊ febrez faciente:
alij q eo regebant humores putrefiēt ⁊ febrē facient
Itidē colera minus putrescibilis sanguie: cōpatitur
secū alias febres: ergo sanguis multomagis cōpatie
tur. Itaq febris sanguis cū reliqs cōponitur febri-
bus. Hmōi quoq oppositū mōstrat: eo q a nullo fe
re auctox inuit febrē sanguinis cū alijs ꝓponi febri
bus. Adhuc talis compō: aut erit fm cōmixtōez qō
ee nō poterit: cū sang. sicut tetigi tingit ⁊ magnescit
sup alios humores: ita ⁊ putredo eius ad se qō ē pu-
tredinis aut ēneitatis alioz humox attrahet. Aut
fm vicinitatē: cū nō ponit ꝯo de crisi ⁊. 8. theor. nisi
bi duo modi: hic āt ēt fore non pōt: qz ibidem ⁊ febri
um ꝯo nō dī ꝓponi nisi quotidiana cū tertiana aut q̄r
tana vel aliter quocūq3 mō componi adinicē. Cum
igitur nō ponat febrē sanguinis cū alijs cōponi febri
bus: ⁊ sit ipm dare sufficientez. febris itaq3 sanguis
cū alijs nō componet. Propter primū ꝯo scien-
dū q̄ qd sit febris qdq3 febris sanguis ⁊ quota: q̄situ
docuit antedictū. Compō figdem febriuz enodetur
realiter primitus deide noialiter. Quarto figdem p
ma ⁊ dria vtcūqz. 87. Cōpositio febrium tripl'r exi-
stit: vna qdē in genere remoto ⁊ alia in ꝓpinquo: ter
tia aūt in spē. In genere figdem remoto: ceu ethica
ꝓponit cū putrida. In ꝓpinquo puta cū febres ex di
uersis hu. cāte adinicē cōponuntur: vt quotidiana
cū tertiana vel cū quartana. In spē quoq3 sicut quā
do vna tertiana cōponit cū alia aut q̄rtana cū q̄rtana
vel phlatica cū phlatica. Et ꝓpō qdem hmōi duorū
modox vltimox lz maxie hoc fit in ꝯo: aut erit fz p-
mixtōem aut fm vicinitatē seu affinitatem vt tactum
Ba. ⁊ Hali. cū Aui. Voco aūt compōem fm per
mixtōem cū due materie differētes febrē facientes:
vna cōponūtur aut multū cū phla ⁊ colera ⁊ melia.
Aut minus vt vna spēs colere cū alia vt citrina cum
vitellina vel phla dulce cū acetoso vel insipido: ⁊ hu
iusmōi. Et talis compō aut erit itra vasa sicut i febri
bus duab9 ꝓtinuis: aut ex velut in interpolatis. Cō-
positio ꝯo fm vicinitatē est cū due materie diuerse
iuxta fm modū aut eedē fm tertiū componūt ex va-
sa ⁊ ex diuerētes febrem cāntes: ita q vna facit febrē
ꝓtinuā: altera ꝯo interpolatā. Adhuc ⁊ hmōi febriū
modus compōnis ē tripler. Aut. n. febris vna ē alij
cōicans: aut subintrans aut coalternās. Cōicans di
cit cū due febres aut plures simul icipiūt. Subitrās
ꝯo cum vna superuenit ante precedentis sepatōem
Coalternās quoqz vt alia adueniat post eradicatio-
nem pcedentis q̄rto prima. Est aūt demū fm Mati.
attendere q̄ predictox compōnum quedam nomia
hūt. Alie ꝯo noibus carent sicut prime que in gene
re remoto velut compō est ethice cū putrida ac ēt in
ꝓpinquox aliquo sicut phlatica cuz quartana. ⁊ sic q̄
in spē ceu phlatica cum phlatica aut colerica cū cole
rica. Secūdox ꝯo characterizant vlla sicut emitri-
tea febris appellata. Circa cuius qdem nomē diuer
sificati sunt scribentes. Quidam. n. rudiores dixerūt
febrem emitriteā cuius materia est phlegma itra pu
trefactum ⁊ ex. Quod rōni oppugnat nominis ōio
cū emitriteus mediam nominet tertianam. ab emi
quod ē media ⁊ triteus tertianus quod in predicta
phlatica non seruatur. Quatinus aūt febrium ꝯovni
uersas que extendunt tertianas vī emitriteas noia-
re: ita vt confiteatur eiusdem generis ee cū tertiana
emitriteā. Et driam solam in magnitudine paroxis-
mi habere q̄z igitur rōnem nominis non seruat sicut
priores fecerūt peccat. Et qm̄ huiusmōi quesita ma
gis sunt noium q̄z rex in eis inqt Ba. dedignor imo
rari. Sūt ⁊ alij dicētes triplice fore emitriteū minorē
mediū ⁊ maiorē: ponētes minore cū phlegma putre
scit iterius colera ꝯo ex mediū aūt eō. minorē āt cū
melancholia putrescit iteri9 ⁊ colera exteri9. iuxta il-
lud. Paruus emitriteus in vasis phlegma recōdit
Exteri9 colerā medi9 riuus illi. Pessimus hmōi in
est maiori sel cogt extra. Alij ꝯo in sermonib9 Bari
pori, pmoti ⁊ Aurelij emitritei tres dicūt modos me
diū. s. maiorē ⁊ minorē. Medius ē q tertiane ꝓximat
maior ꝯo q̄litate ⁊ minor quotidiane. Sūt ⁊ alij q se
modernos appellant cū his conuenientes in numero
diuersificantes penitus in cōponēdi modo. ponunt
eni minorē emitriteū cū colera est intra vasa ⁊ phleg
ma extra mediū vero eō maiorē quoqz cuz colera sit
intus et melancholia extra. Qui predictorum motiua
tollere conātes moliūtur suū dcm̄ qbusdā ꝓbabili-
ratibus astruere. sz qz bas trabūt ex libris non recte
fortassis ascriptis sapientioribus et Ba. et qm̄ talc li
tigiū potius nomē q̄z rem iportat in pītiax omittat.
Illustriores quoqz medicox: de quibus extat Ba.
Sera. et Hali. vtcūqz. A. cū Isaac vident tm̄ duas
spēs emitritei ponē purū. s. seu certū et n puz vocāt
āt puz q fact9 ē phlate it9 putrefacto et colera extra
Nō purus quoqz fm Sera. ē eō. Scōm vero qbus
dam: dū phlegma pmāet extra et colera itra aut ābe
extra: vel vtreqz itra qō ē falsum et qō in ēt ē ipro-
pus quāuis secundus hoc toleret crisium. Emitrite-
us enim est febris continua et horrida. i. in qua fm
plurimam partem paroxismi adsunt horrores ex fri-
gore et rigore commixti. Epidimiarum primo. pri-
mum autem non reperitur quando ambe sint extra
māe neqz fz eū sint itra febriū ꝯo. Ista figdē ē cēpō
fz vicinitatē i q̄ scōis crisiū: et febriū q̄drupl'r ponit
ꝓpō: vz cū colera et phlegma ābe sūt itus aut extra:
seu cū colera it9 et phlegma extra: vel eō. Quod et
tripliciter potest in his duobus vltimis euenire mo
dis: qz aut colera et phlegma sunt equales et ita cer
tus emitriteus: vel colera superat phlegma et sic in

